Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



fuit maximum peccatum Nunc autem excusationem non habent de
peccato suo Qui odit me et patrem meum odit Si opa
non fecissem in eis quae nemo alius fecit. quasi dicat
ta magna et utinam cautiores transcendentia. quibus
antea talia fecit. sicut patet in illuminatione caeci nati et
suscitatione lazari quatriduani. peccatum non haberent
sed in infidelitate in me. sicut habebant alia peccata. Nunc
autem et viderunt opa. et oderunt et me et patrem meum.
ex odio opum mea attribuendo quod beelzebub principi
demoniorum Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum
scriptus est. quia odio habuerunt me gratis. Cum autem
venit paraclitus quem ego mittam vobis a patre. spiritum ve-
ritatis. qui a patre procedit. ille testimonium phibebit de
me Et cum homines prius illitterati et simplices. de
profunditate sapientiae subito plane loquerentur et in
omnibus linguis. fuit maximum signum ad confirma-
dum fidem christi Et vos testimonium phibebitis de me.
predicando omnibus populis. quia ab initio predicationis quam
incepi docere et miracula facere mecum estis. Haec
locutus sum vobis ad solacium vestrum contra futuras tribula-
tiones. ut non scandalizemini credendo per impatientiam quam
venient et vobis absque synagogis facient vos. quod ut
reputabatur valde magnum. sicut nos certo de certiori
per experimentum cognovimus Sed venit hora de primo. ut omnis
qui me occidit vos arbitretur se obsequium prestare deo.
Et haec facient vobis. quia non noverunt patrem neque
me. Sed haec locutus sum vobis. ut cum venit hora eorum
reminiscamini quia ego dixi vobis. ut facilius tollerentur
tamen predicta vobis. ab eo qui ethnicum alius prae de-
nuntiare futura contingentia Sicut enim predixit eis